

Hæc paucis sapiens Carolus pandebat alumnis,
Quorum causa (84) sibi credula, sive placens.
Missum iterum revocat, querit quoque in or-
dine cuncta,
Qualiter insignis urbs dominata foret,
Quo Rex ingenio Zadun comprehensus adesset,
Quosque Duces bello straverat ipse fero.
Bigo bonus recitans, narraque per omnia vera,
Cujus verba pius Cæsar honore colit.
Cæsar latus ei pateram (85), qua fortè bibebat,
Porrigit, ille bibit impiger hauita meri.

(84) Nescio an heic adhibeatur *causa* pro *res*. Ob-
scurus sensus ita explicandus videtur: Caro-
lus haec pandebat familiaribus suis, quibus
majorem habebat fidem, quiq[ue] sibi præ ce-
teris placebant.

(85) Vide infra Anonymum Salernitanum, enarran-
tem, vinum a Ludovico II, Augusto propri-

A Mox famulum donis variisque honoribus or-
nans,
Misit & ad fobolem munera magna suam.
Laudibus & donis pergit celeranter onustus,
Lætus & ad Regem pervenit ecce suum.
Lætus ut exul (86) eat Pippini in Regna po-
tentis,
Conferat altitonans, Cæsar & ipse potens.
Lætitiae ergo Libelle habeas sub nomine finem,
Fratribus ut tenuis consociatus eas.

B natum Landulfo Episcopo Capuano. Id ho-
noris causa in usu fuit.
(86) Ideft, ipse Ermoldus Nigellus Poeta exul de-
precatur, ut sibi libertate data liceat reverti
in Regna Pippini. Pippinus hic erat Ludovici
Pii filius. Ejus Regnum Aquitania. Vide
Præfationem meam ad hoc Poema.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.